



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cta Bala sanctimoniale. Cap[itulum]. xxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancta Aurea virgine.

Cap. lxxij.



Areavirgo

apud parisiis claruit tempore hereticorum imperatoris: ut ait sigiberus. Quam sanctus eligitus episcopus in monasterio virginum a se constructo in ciuitate parisiensi profecit abbatissam tricentarium virginum omni sanctitate pollentem: et miraculis clarentem.

Quadam vice dum esset in villa et clauigera eius ac celleraria exspirasset: et post triduum eam abbatissa rediens in sepulchrum inuenisset: eo quod nec clauis ipsi forozes auferre presumpsissent: nec illa de administraris rationem reddidisset orate aurea clauigera suscitatur: et ratione red dita: atque clauibus resignatis in pace iterum soporatur. Die quadam dum sibi panes deficerent: et aurea scandalum metuens ad cibarium accessisset: pistozum panibus conficiendis intendere: nec adesset quisquam: qui cibarium subito scopauit: et prunas in gremio asportauit: nec vllum tamen ardorem sensit: sed nec vestes eius in aliquo exuste: aut derurpate fuerunt quoniam mo in testimonium tanti miraculi campana monasterij per se diuinitus pulsare cepit. Eodem autem die alia diaconus in missa euangelium legens incongrue pronuntiaret: illa de collo eius stollam auferens: nimio verbi dei zelo euangelium legit: sed mor de commissa presumptione penitens: abbatissam deseruit: sequens per annos. viij. in cella reclusit: ubi cathedram sibi parari fecit habentem clauos. I. in dextera parte confixos: et totidem in sinistra: et totidem in podio posteriori: in qua quotidie sedens psalterium legebat: vicz psalmos. I. in iussa dextere partit: et alios. I. in iussa sinistre: et vltimos. I. posteriori parti apposita. Corpus quoque suum maxima penitentia et abstinentia domauit. Vltimo quod septus in potu visa fuit: cui sanctus eligitus iam defunctus apparuit: et eam ad celestia vocauit: vnde et illa in pace quieuit. lxxij. non. octobris. Sepulchrum est in aula sancti petri post altare. Verum quedam abbatissa in syria que oculos habens nihil videbat: ab angelo monef: ut parisiis cum episcopo suoretat: quarum virtute lumen oculorum recipiat. Quod dum illa episcopo nunciasset: vna secum versus parisiis iter arripuit: sed in itinere fessa remansit: loculum tamen honorifice preparauit. Episcopus vero visa prosequens parisiis venit: et cum pontifice parisiensi ad tumultum accessit. Et cum brachium sancte virginis obrinisset: et illud de corpore euellerent: sanguis inde visus emanauit. Corpus igitur tunc ab episcopo parisiensi. in monasterio sancti eligitur condeceter humatum est. Brachium vero ab

episcopo syro asportatum. Cum tactu abbatissae: que ceca fuerat: lumen recuperauit: brachium in loculo repositum: episcopus in patriam suam derulit: et in ecclesia nomini sancte auree edificata honorifice collocauit.

De sancto Prasea episcopo et martyre.

Cap. lxxiij.



Praseas episcopus et

martyr apud smyrnam martyrio consumatus est. Qui vixit ante christum qui ex traditioe post se accepisse asseruit: saluatore apostolice precepisse: ut ante. xij. annum a hierosolymis discederet. Passus est autem tertio non. octobris.

De sancta Bala sanctimoniali.

Cap. lxxv.



Balavidua

sanctimonialis in urbe claruit christi temporibus. Nec nobilissima puella symmachii consulis ac patricii filia: marito tradita irruuit: anni spatium est morte viduata. Quam dum feruere mundi copula: ad iter ad thalamum et opes et eras puocaret: elegit magis spiritualibus nuptiis copulari. Et cum sibi valde ignea conspersio corporis inesseret: ceperunt medici dicere: quod nisi ad amplexum virgines rediret: calore nimio contra naturam: barbam emitteret: sicut et factum est. Sed sancta mulier nil exterius deformitatis metuens abiecto seculari habitu: apud beati petri apostoli ecclesiam sese in monasterio tradidit: ibique multis annis orationibus et elemosinis operam dedit. Que postmodum diuina permissione carere vlcere in manilla percussa est: quam egritudine patientissime idgo tempore supportauit. Nocte autem ante lectum eius duo cadabra lucere consueuerat: quia videlicet amica lucis: non solum spirituales: sed etiam corporales tenebras horrebat. Cum autem nocte quadam ex eadem infirmitate faceret fatigata: vidit beatum petrum apostolum ante lectum suum inter duo lumina consistisse. Que interrogans quid esset: respondit an sua peccata sibi dimissa fuissent: quod se beatum apostolorum principem esse respondit: dimissamque ei omnia debita nunciavit: et ad celestia inuocauit. Illa vero sorore benedictam quam in eodem monasterio intime diligebat: secum venire deposcit. Apostolus autem eidem dixit: quod non illa: sed alia quidam secum discederet: benedicta vero die. xxx. ipas secutura foret: et his diebus disparuit. At illa protinus abbatissam acciuit: eius visa et audita narrauit. Die autem tertio cum ea qua iussa fuerat sorore simul defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcera: die est. xxx. subsecuta. Quieuit autem sancta gala in die. lxxij. non. octobris.